

Gajewski Cyryl

Qualis vita 1759. Chełmińska Szkoła

Teatr

~~N. 435~~

lw.

C

In I

C

M.
Un
In

I



QUALIS VITA
FINIS ITA

In Persona Caligulæ tertii, post natum Salvatorem Orbi Romanorum Imperatoris,

COMPROBATUS

è Theatrali vero spectaculo

à

Nobilissima Academiæ Culmensis Iuventute
Ad hilares carnisprivii ferias
Dignissimis Hospitibus
in
Aula Scholarum Culmensium
Sub scenico Apparatu

DEMONSTRATUS.

ac per


M. JACOBUM CYRILLUM GAIEWSKI in Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ Doctorem in Inclyta Academia Culmensi Scholæ Grammatices Professorem.

Luci publicæ

DECLARATUS

Annô quô

Finis Vita simul mansitin orbe Deus
1759.
Mense Februario.



POSNANIÆ, Typis ACADEMICIS.

IN GENTILITIA DECORA
ILLUSTRISSIMI COMITIS RUMIANSOFF.



I.

Martis habens clypeos Domus hæc Oleaſq; Minervæ,
Prælia nulla timet, fædera pacis amat,

II.

Armis dextra micat, ala recurrit in altum,
Demetis hac Hoſtes, hac ſuper aſtra volas.

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PETRO
ALEXANDRI FILIO,

Comiti RUMIANSOFF in ſervitio ſuæ Majeſtatis Imperatricis Totius Ruſſiæ, Supremi Exercituum Ducis Vicario & Generali Adjutanti Domino Mecænati Ampliſſimo.

VItam Imperatoris Romanorum Caligulæ, ſub ſcenico apparatu è theatrali ſpectaculo demonſtratam, Tuo Nomini dedicare, juſtum eſſe & conveniens duxi, quam libenti animo dignaberis acceptare, Comes Illuſtriſſime Mecænas Faventiſſime. *Excelſos quippe in orbe viros magna individuo Gloria cõcomitatur paſſu, claris Heroibus pharetratus militare ſtudet Apollo, ſupremis Dignitatibus adſtant encomia, hinc Magnanime Heros & meam pennam Nomini Honoriq; Tuo feciſti vectigalem. Si utiq; magna magnis deberi pridem omnium decrevit conſenſus; Magni Imperatoris Romanorum Vita, nulli alii, quam Tibi cujus ſpecies Priami digna Imperio, debebatur. Novit Tuos tota Ruſſia memoriâ ſæculorum dignos Aborigenes, novit Illuſtriſſimā Proſapiam, æſtimavit Illius benemerita pro Patria, indefeſſos perpendit labores, conveniens duxi, ut Tuorum Majorum Acta, omni cum laude peracta, etiam Noſtra Polona Pruſſia miraretur legendo. Irem in elogia Tua* Illuſtriſſime Comes, *officioſâ pennâ uſq; ad ipſos honorum volarem apices, in quibus Comites* Rumianſoff *reſidebant, revocarem ad calculum omnium præeminentiarum ſubſelia, cunctarum Dignitatum titulos, ni ſcirem quòd Domus Tua omem ſupereminet laudem. Quilibet honos Tibi inquilinus, quælibet eminentia domeſtica, quævis dignitas vicina; nullus eſt in Roxolania titulorum vertex, quem* Comites Rumianſoff *non attingerent. Multi præfuerunt Caſtris, præfuerunt Senatui utriq; optimè profuerunt, ut cujus dam illud Poëtæ repeterè dignum ſit poëma:*

Tot Consos Fabiosq; parit Tibi Russia Cælum,
Nomina, quot numerat Comitis *Alma* Domus.

Meruisti Comes Illustrissime *cum Tota* Familia,*ut fugax for tuna Numen, ingentium meritorum comprehensa nexu Tuis semper accumberet laribus, è loco moveri nescia. Meruisti dexteritate, ut semper de Domo Tua, quilibet victor, nunquam victus diceretur. Meruisti operoso virtutis conamine, ut sponte Ipsi se Tibi ingerant honores, invitent ad se fastigia, dignitates expetant, victoriæ veniant & triumphi. Mereris procul dubio Homerum, quem Macedo suis gestis optavit, mereris omnium Heroum ora, ut alter Achilles, Victor armis metuendus & ense, qui non semel Hostium eluseras stratagemmata. Et certe demptâ assentationis notâ, Te virum Magnanimum, fortitudine insignem, dexteritate potentem, bellicis clarum artibus immortalibus commendatum operibus, victoris celebrem authoritate grandem, majestate excelsum loquentur sæcula, prædicabunt ætates, divulgabunt anni, publicabunt tempora, nec ulla unquam obmutescet vetustas. Tuam Domum* Mecænas Illustrissime, *si nidum Heroum dixero, non errabo, quia quot quot de Illa prodiere viri, tot fulmina belli Scipiadæ, tot dextri Camilli, tot invicti Alexandri magnum hostibus incutientes terrorem. Ipsius Martis partus sunt* Comites Rumiansoff, *qui continui in castris, assidui in bellis, frequentes in certaminibus, primi ad pugnam, ultimi ex acie, mori pro Patria, pro* Sua Majestate Imperatrice *fatis occumbere putant decorum & gloriosum. Inest et Tibi Heros Magnanime fortitudo supra spem, robur pectoris supra fidem, constantia mentis supra opinionem, heroici cordis vigor supra captum, audacia animi supra cognitionem. Iactent suos Carthaginenses triumphos, reportatas palmas ex Lerna Hercules, ex Sexciis felicem eventum Marii, victorias ex Dariis Alexandrij* Illustrissima Domus Tua *in se omnia conclusit, Martis entheum spirat, generoso vivit spiritu, sola tantum dexteritate nutritur. Si sepulchralem revolvero lapidem, si Manes dilecti Parentis Tui inspexero, videbit orbis benemerita in Patriam, advertet genuinam Bellonæ prolem, dexteritatis miraculum intuebitur. Ille est* Illustrissimus & Excellen-

lentissimus Dominus p. m. Alexander Ioannis Filius Comes Rumianʃoff *in ʃervitio ʃuæ* Majeʃtatis Imperatricis *Totius Ruʃʃiæ ʃupremi Caʃtrorum Præfecti* Vicarius, Senator *pariter in regimine Cohortis Preobraženʃki* Vicarius *Colonelli, apud Othomanicam Portam Extraordinarius nec non in Abovia Congregatione Legatus, Eques S. Andreæ & Alexandri Newʃki Genitor Tuus, Qui immortalia agendo in memoria vivet ʃæculorum. Ille omnibus Bellis cum Hoʃtibus Patriæ geʃtis interfuit ac gloriosè triumphavit. Binam Legationem abʃolvit utramq; laudabiliter, commiʃʃa ʃibi negotia tractavit ʃalubriter, redux cum effectu ad Patriam feliciter. Non ʃolùm armis ʃed & conʃilio potens Hic Senator fuerat, multum ʃuæ Patriæ profuit cum dignitatibus præfuit. Scivit perbelle conʃilia eʃʃe firmas Regnorum columnas, ʃine quibus diu perennare nequeunt, ʃapienti ingenio, peritiʃʃima mente, prudentiʃʃima ratione, firmabat Rempublicam, ʃtabiliebat Senatum, Imperii ʃtatus ʃolidabat. Plurimi ʃimulant ʃe Curios & bacchanalia vivunt, accedunt ad vincula & amicitiam rumpunt, aurum lucri faciunt ut conʃilia vendant, appretiant munera ut vilipendant Patriam, onerant ciʃtas ut vacua reddant Regna, Tuus verò Genitor* Mecænas Illuʃtriʃʃime *Senator ter optimus, quod apertum eʃt coram universa Ruʃʃia, Patriæ conʃilia dedit, hoʃtibus laqueos perditionis ʃtruxit. Habes ʃatis gloriæ ex Maria Comitiʃʃa Andreæ Filia Matre Tua dilectiʃʃima, ʃuæ Majeʃtatis Imperatricis Sztatz Dama. In hac Fæmina nil fæmineum præter naturam, animus in adverʃis conʃtans, in proʃperis non elatus, utrobiq; æquanimis. Sicut Aurora in horizonte, ʃic Illa interno & externo enituit ʃplendore, nunquam extingvenda claritudine rutilando. Ex hac Illuʃtriʃʃima Genitrice, non degener prodiiʃti Filius, Qui pariter laudabilibus operibus, clares toti Univerʃo. Venit è Sepulchrali marmore in paginam* Petrus Nikita *in ʃervitio Suæ* Majeʃtatis Imperatricis *Totius Ruʃʃiæ Supremi Ducis* Vicarius Eques *S. Annæ, Patruus Tuus* Mæcenas Illuʃtriʃʃime, *Vir animo & gladiò potentiʃʃimus. Plurima geʃʃit certamina ʃemper Io triumphe canebat, multos abʃolvit cũ Hoʃtibus conflictus, ʃemper victrices legiʃʃe palmas videbatur. Petri*

Petri Nomen retinebat verè petra frangi nescia, hostibus inexpugnabilis ac incōcussa. Vixit Hic egregius Heros Patriæ, vixit Imperatrici Majestati totus, sibi nihil imo si possibile fuisset Ei de suis superaddidisset annos. In viva sunt Patriæ hujus Illustrissimi Viri memoria facta Eumq; oblivionis cineri sepeliri nō permittūt. Nō ego hic dilectæ Consortis Tuæ Comitissæ Catharinæ, Michaëlis Filiæ de Familia Galiczyn, vivā atra sepia depingo ideā, Cui nec Apellē sua arte sufficere posse censeo. Hæc enim Pulcheriā augustior, Cornelia celebrior, virtute mascula nova Pantesilea, in Quam immortales Superi specialia dona & favores cōtulēre. Singulare modestiæ exemplar, probitatum normam sese exhibet cunctis. In Illius vultu Cælorum charites suam fixere stationem, virgineus pudor depinxit genas, faciem tota adornavit venustas. Præterire ad huc non possum Tuam Prosapiam usq; ad invidiam extollentes Celsissimū Principem Michaëlem Michaëlis Filium Galiczyn, Supremum Castrorum Præfectum, Equitem S. Andreæ & Alexandri Newski, Ejusq; Celsissimam Consortem Titianam Curiæ suæ Majestatis Imperatricis Oberchow; Meysterinam Quorum Nomina totó Orbe clarissima, toto Universo celeberrima. Fecerunt sibi apud postera sæcula laudem, auxerunt probe factis Gloriæ incrementum, Horum fama Nestoreos superabit annos. Michaël in Castris felix, Titiana Domi Phænix Matronarum. Ille ense Hæc prudentia potens, Ille victoriis clarus, Illa præcipuis dotibus insignis, singule par Boni superi conjunxère. Magnam & inde sortitur gloriam, jam in æthere vivens præfatus Michaël Princeps, quòd Illius Antecessor de Familia Galiczyn, multo stipatus satellitio, Legationem in Poloniam prò conducendo Vladislao Principe absolvit, (a) Nomine Omnium Ordinum Moschoviæ, causam egit apud Polonos ita, ut nemo melius posset ac expediret. Felix Michaël ex suis operibus, sed inde felicior, quòd ex se fortunatissimam ediderit prolem nempe Petrū Supremi Exercituum Ducis Vicarium Equitem S. Alexandri Newski & S. Annæ, Demetrium supremum Excubiarum Præfectum, Cubicularium Magnæ Ducissæ Russorum; Alexandrum supremi Ducis Vicarium, Magnum Cubicularium Equitem S. Alexandri Newski, Principes Celsissimos in

ser-

(a) Piasecki ad Annum 1610.

servitio suæ Majestatis Imperatricis existentes, Viros Marte et arte gladio & ingenio peritissimos. Dederunt non semel suæ dexteritatis specimina, demonstrarunt in præliis fortitudinem, in agendis rebus prudentiam, in arduis constantiam, in consiliis robur insuperabile. Ulteriora merita & laudes Illorum non recenseo, cũ ex se sint Orbi manifesta. Te tantum Illustrissime Mecænas humili veneror pagina, quæ Tuum Tuorumq; Prædecessorum Nomẽ palã orbi demonstrabit, ac caræ posteritati tradet ad legendũ. Placet pennæ Tuas Illustrissime Domine illasq; præcipuas innuere virtutes, verum has ampla volumina, vasti codices non valent complecti nec Encomiastarum calami sufficiunt exarare. Si in Te liberalitatem, quâ polles encomiis efferam, supervenit munificentia, si laudem dexteritatem, adest fortitudo, si vim animi exercitatissimi extollam, adest prudentia, omnes in Te simul eminent, velut in speculo lucidissimo. Quid quid in Trajanis liberalitatis, in Vespasianis munificentiæ, in Catonibus prudentiæ, in Macedonibus fortitudinis, omne id totum & adhuc in Te es complexus. Non eges Magnanime Heros indice, qua arte edomandus est hostis, qua methodo disponendi cunei quomodo expugnanda propugnacula quomodo struendi cuniculi, quomodo bellica erigenda tormenta, quâ via occurritur adversæ parti, quo labore meturpalmæ, quibus impensis emitur superstes post sæcula Nomen. Adeste ingeniosi Timantes, Parrhasii & Zeuxides adeste, trans ferte coloribus auro Illustrissimum Comitem de Rumiansoff, ut posteri vixisse inter mortales dexteritatem & fortitudinem virtutes, videant & adorent. Pingite liberales ad dandum manus, os ex dulci eloquio aureum, pectus contra Hostes adamantinum, faciem omnibus affabilẽ, nonnisi Adversariis terribilem, pingite penicillô. Ego verò tenuitatis conscius finem laudum Tuarum imponerem, quarum medium vix quis attingere potest, ni amor urgeret, fidelitas postularet, quã Illustrissime Mecænas erga Serenissimam Potentissimam ac Invictissimam ELISABETHAM PETROWNA Totius Russiæ IMPERATRICEM Dominã Tuã Clementissimã demonstras & palam nobis exhibes Polonis, quem amorem & fidelitatẽ miramur singuli, stupemus universi. Dedisti apertum documentum

hujus & in Nostra Civitate Metropoli Culmadū solēniter Natalē Hujus Imperatricis *diē celebrâsti. Ad hunc plausū magnificā faculis illuminâsti structurā, structuræ elegantes adjecisti picturas, picturis ingeniosas appendisti inscriptiones, ex quibus legimus in suā Majestatē Imperatricē propensionē, intimumq; obligati pectoris scrutabamur affectū. Vovisti* Serenissimæ Imperatrici *felix & longā Imperiū, apprecabaris victorias & triumphū, omne per ævū vivere nunquā mori cordicitus optabas optasq; dum pro Illā majora ferre incommoda, graviora vitæ pati discrimina non recusas jmò desideras. Fovebit Te sua protectione* Imperatrix Majestas, *cujus integritatē tueris, præstabit singulares Respectus, pro cujus honore ut vera loquar maxima pericula subire etjam cum dispendjo vjtæ, nec non.*

Frigora sæva pati, gravibus non cedere nimbis,
In galeis portare nives, ades ecce paratus.

Plura Tua benemerita non enumero, sub rosa silentii repono, quòd sis trophæorum Hæres, fortunæ & Bellonæ præsidium, taceo quod huic statim à prima ætate incubuisti, non modo ut pervetustæ Familiæ Rumianſoff *Tuæ decus conservares, sed etiam propriis virtutibus altius atq; altius eveheres ac illustrares, Vitam Tibi tantum Imperatoris Romanorum Caligulæ reddo dedico & offero. ut opposita penes seposita elucescant. Caligula enim vitiis famosus, Tu virtuosus, avarus ille Tu liberalis, ille in omnem dissolutus licentiam, Tu modestiæ singularis Amator, ille impius Tyrannus Tu omnibus benignus, ille iracundus, Tu sine felle columba, ille nimiò fastu repletus, à Te procul commune Nobilitatis malum superbia, ille adextremum omnium vitiorum sentina, Tu omnium probitatum compendium ac singularum collectio virtutum. Quare* Illustrissime Mecænas *Nomen Imperatoris Romanorum recipe, non vitia specta, Synopsim hanc ex eo maximè quod Tuum Dignissimum complectitur ethymum acceptare digneris, ego verò ut Te Boni Superi semper de Hostibus triumphare faciant, Ipsumq; Cælum ad Tua inclinent vota, supremos in Orbe concilient Honores indesinenter precabor.*

ILLUSTRISSIMÆ & EXCELLENTISSIMÆ
Dominatjonjs Vestræ

profundissimus Adorator
& Servus.

M. Jacobus Gaiewſki P.D.G.P.A.O.



ARGUMENTUM.

CAligula poſt fata Tiberii Avunculi ſui, ſucceſſit in Thronum, qui brevi ingentem opum cumulũ, & fortunam ſibi ab Atecceſſoribus relictam dilapidavit. Hâc amiſſâ pecuniæ conquirendæ ſtudioſiſſimus fuit, varios excogitabat modos, quibûs eandem recuperaret, inter alios hic ſingulariſſimus fuit, quòd ægros, Propinquos, ut ſibi bona tranſcriberent coēgit, Hos priſtinæ ſanitati reſtitutos crudeliter trucidavit. Nimio faſtu repletus ſe Dominum Omnipotentem, & Jovem ſupremum in terris vocari jubebat, Numinum Romanorum capita abſcidit, & ſuum delubrum in Eorum ſurrogavit locum, cupiens ab omnibus Divino cultu adorari. Ludis, Comediis non raro interfuit, optavit plerumq; ut Roma unicam haberet cervicem, quam unico impetu plectere poſſet, necnon peſtem, incendium, & alia Ei imprecabatur mala, ut ſe Dominante Populus Romanus experiretur aliquod infortunium. Innocui ſangvinis inſatiabilis heluo fuit, varias Deorum, & Dearum mentitus eſt formas. Tandem libelli gemini protracti ſunt in lucem publicam, horum uni gladius, alteri pugio titulus, quibus nimirum nomina, quos trucidavit Caligula inerant, hic res mira accidit, ut illi qui corpus Regis cuſtodire debuerant, illud vulneribus afflixerunt, & ſic miſerrimè Caligula periit.

KAligula po śmierći Tyberiuſzá Wuia ſwego rzady Ceſarſtwá obiął, ktory w krotce wielki bogactw zbior, y fortunę od Przodkow ſobie zoſtawioną rozproſzył. Tę utráciwſzy, nábyćia pieniędzy zbyt był chćiwym, rożne wynaydował ſpoſoby, ktoremiby one odzyſkał, miedzy inſzemi ten nayoſobliwſzy ſpoſob był, że Pokrewnych chorych, áżeby mu z dobr uſtąpili przymuśił. Tych do pierwſzego przywroconych zdrowia, okrutnie pozábiiał. Zbyteczną nádęty pychą, ſiebie Wſzechmocnym Pánem, y Naywyżſzym Jowiſzem zwáć rozkázywał. Bożkom Rzymſkim głowy poucinał, y ſwoy Bałwan ná mieyſcu Ich poſtáwił, chcąc bydź od wſzyſtkich, cżćią BOGU ſie náleżącą ſzánowánym. Ná igrzyſkách, komedyach, czeſto przytomnym bywał. Żądał po więkſzey cżęśći, áby Rzym miał ieden kárk, ktoryby zá iednym zámachem śćiąć mogł, ták, że głodu, pożaru, y innego złego Jemu życzył, áżeby zá Pánowánia Jego, lud Rzymu doznał iákiego nieſzczęśćia. Niewinney krwi, był nienáſyconym żarłokiem. Rożne Bogow, y Bogin zmyślał poſtury. Náoſtatek dwie książki ná widok publiczny wydane, z ktorych, iedney Miecz, drugiey Puinał tytuł, w tych Imiona wyrażone były, co Ich pozábiiał Káligula. Tu rzecz dźiwna ſtáła ſię, że ći, ktorzy Ceſarzá pilnowáć mieli, onemuż rány zádali, y ták nędznie Káligula zginął.

PROLOGUS.

ACTUS I.

SCENA I.

FAma mortem Tiberii vocali debuccinat lituô, quô auditô Rôma perterretur, fata Imperatoris obortîs deplorat lachrymîs; quam Proceres ſolantur, & Fana Deorum viſitare ſvadent, quorum perſvaſioni acquieſcendo Roma, ad Fana deſcendit, & victimas litat.

FAma śmierć Tyberyuſzá trąbą głosi, co uſłyſzawſzy Rzym troſzczy ſię, fata Ceſarzá rzęśiſtemi opłakuie łzami, ktorego Senátorowie ćieſzą, y zbory Bożkow náwiedźić rádzą, ná ktorych przyſtáiąc rádę, Rzym do Zborow idźie, y ofiary oddáie.

Can-

Cantus Flaminum.

O Superi Superi!	Favete, Vos poſcimus,
Terricolis ſinceri,	Thura grata reddimus;
Roma Veſtras Aras,	Lenite dolores,
Addit ſupplex caras,	Pellite angores,
Cum Plebe tota,	Date Cæſarem,
Fert Vobis vota,	Antiquis parem,
Favete.	Favete,

S C E N A II.

CAligula Thronum conſcendens, ex manibus Romæ, inſignia Cæſarei Honoris recipit, & à Proceribus cōdignîs plauſibûs ſalutatur.

KAligula Tron ośiadáiący, z rąk Rzymu, Ceſarſkiego Honoru odbiera záſzczyty, y Senátorowie przyzwoitemi witáiągo applauzami.

S C E N A III.

CAligula Proceribus Romanis grande convivium parat, & cum illis aſſidet menſæ, quô finitô, læta ducit, choreumata, & diſſvadentem ſibi nimium luxum, interficit Conſiliarium.

KAligula Rzymſkim Pánom wielki bal wypráwia, z niemi śiada do ſtołu, po ktorym ſkończonym, weſołe odpráwia aſſamble, y odradzáiącego ſobie wielki zbytek Konſyliarzá, zábiia.

Cantus cum Choro.

Huc huc Muſarū properate chori,	*Tu tu Muz chory prętko przybywayćie,*
Canite melos voce ſvaviori,	*Wdźięcznemi głoſy pienia miłe dayćie,*
Huc germanæ o Sorores,	*Tu wnośćie śioſtry kámeny,*
Plauſus ferte, & honores,	*Applauz, honor, oraz treny,*
Cæſar felices,	*Niech Ceſarz látá,*
Numeret vices,	*Zyie u świátá,*
Hic veras.	*Szczęśliwe.*
Apollo vates citharam canoram,	*Uderz w twę lutnią wieſzczku Apollinie*
Pulſa vox ſonet Latiā per orā,	*Niech głos po cáłey brzmi Rzymſkiey kráinie,*
Caligula dapes lætus,	*By Káligula weſoły,*
Continuet ac facetus,	*Záſtáwione kończył ſtoły,*
Cœli fortes,	*Niech Niebioſy,*
Mittant ſortes,	*Rzucą loſy,*
Proſperas.	*Zyczliwe.*

SCENA IV.

CAligula dicit, omnia ſibi in omnes licere, jactatq; ſe omnibus feliciſſimis feliciorem eſſe, nec non liberalem, & munera inter Proceres diſtribuit.

KAligulá mowi, że mu ſię wſzyſtko ná wſzyſtkich godźi, y chełpi ſię bydź ze wſzyſtkich ſzczęśliwych nayſzczęśliwſzym, tákże ſzczodrym, y dáry Senatorom rozdáie.

SCENA V.

CAligula dilapidatâ brevì fortunâ ſibi à Majoribus relictâ, cogitat quibûs ſtudiis deficientem inſtauret, mandat Theſaurariis ſuis, qua placet arte congregare divitias, Ipſe verò excogitatô conquirendæ pecuniæ modô, ægros Propinquos viſitat, & ut ſibi omnia tranſcribant bona cogit.

KAligulá roſproſzywſzy w krotce fortunę ſobie od Przodkow zoſtáwioną, myśli iákiemiby fortelámi upadłą nábyt, nákázuie Podſkarbim ſwoim zgromadzać bogactwá, iáką ſię tylko podoba ſztuką, ſam zaś wymyśliwſzy nábyćia pieniędzy ſpoſob, chorych Pokrewnych ſwych náwiedza, y, ážeby mu wſzyſtkich dobr uſtąpili, przymuſza.

SCENA VI.

CAligula recipit nuntium, quòd Ejus Propinqui, qui ſibi bona tranſcripſerant, priſtinæ ſunt reſtituti ſanitati, quô auditô mala illis imprecatur, eoſq; crudeliter trucidat, nec perſvaſionibus Procerum acquieſcendo, ut per funera Propinquorum ad fortunam perveniat.

KAligulá odbiera wiádomość, że Jego Pokrewni, ktorzy mu Dobr uſtąpili, do pierwſzego ſą przywroceni zdrowia, co uſłyſzáwſzy, im złorzeczy, áni ná perſwazye Senatorow przyſłáiąc, onych okrutnie zábiia, ážeby przez śmierć Pokrewnych doſzedł fortuny.

SCENA VII.

CAligula poſt cædem Propinquorum, gaudet de acquiſita fortuna, jubetq; impleri theſauros, & æraria cumulari, nec non populum ſibi tributa reddi, à quo in vim recognitionis Domini munera recipit.

KAligulá po záboyſtwie Pokrewnych, z nábytey ćieſzy ſię fortuny, roſkázuie nápełnić ſkarby, y lamuſy nápakowáć, tákże ludowi ſobie pobory oddáwáć, od ktorego ná znák poddáńſtwá dáry odbiera.

IN-

INTERMEDIUM
ACTUS II.
SCENA I.

CAligula causâ diſtrahendæ mentis, ad hortum properat, ibique cum Proceribus recreatur, amœnitatem loci commendat, & quieti ſe componit, pauliſper.

KAligulá dla rozerwánia myśli, do ogrodu uddie ſię, gdźie z Pánami ćieſzy ſię, weſołość mieyſcá záleca, y náſpoczynek trochę kłádźie ſię.

SCENA II.

CAligula nimio faſtu repletus, declamari jubet, ut ſe omnes vocent Omnipotentem Dominum, & Jovem ſupremum in terris, quod mandatum præcone publicatur, & Proceres Caligulæ Divinos reddunt honores.

KAligulá wielką pychą nádęty, głośić rozkazuie, aby Go wſzyſcy zwáli Naywyżſzym ná źiemi Jowiſzem, y Wſzechmocnym Pánem, ktory rozkaz Woźny obwołuie, y Senatorowie Káligule część Boſką oddáią.

SCENA III.

CAligula de ritu Romanorum ſtudioſè inquirit, ſuperſtitionis Senatores arguit, ac Fana Deorum ſtatuit viſitare.

KAligulá o obrządkách Rzymianow ćiekáwie wywiáduie ſię Senátorow, o zábobony ſtrofuie, Kośćioły Bożkow náwiedźić ſtánowi.

SCENA IV.

CAligula ad Fana veniens, Deorum capita abſcindit, Sacrificulos pellit, & ſuum Numen in ſupremo loco poni jubet, cui propria manu thura offert, quæ videndo Roma, à longe gemebunda ſuſpirat.

KAligulá do Kośćiołow Bożkow przyſzedłſzy, głowy bałwanom ućina, Pogáńſkich Kápłanow wypędza, á ſwego Bożká ná naypierwſzym mieyſcu poſtáwić rozkázuie, ktoremu włáſną ręką kádzenie oddáie, ná co Rzym pátrzáiący żáłośnie uboléwa.

SCENA V.

CAligula Comœdiographos in theatrum introducit, quos libenter intuetur cum Proceribus.

KAligula Komedyantow ná teatrum wprowadza, ktorym chętnie przypatruie się z Senatorámi.

SCENA VI.

CAligula optat unam Romæ cervicem esse, ut unico impetu plecti possit, insuper desiderat pestem, famem, cædes incendia hiatum terræ, ut se Dominante experiantur Cives aliquem infaustum casum.

KAligulá prágnie, áby Rzym miał ieden kárk, ktoryby zá iednym zámachem mogł bydź ścięty, nádto żąda zárazy powietrzney, głodu, záboystwá, pożarow, przepáśći żiemi, áby zá Jego Pánowánia Obywátele doználi iákiego nieszczęśliwego przypadku.

SCENA VII.

ROma Imperatorem visitat, inquirens cur illi tam multa mala imprecetur, quam Imperator durè alloquitur, & ab illa recedit, Roma verò conquerendo de inclementia Cæsaris graviter lamentatur.

RZym Cesarzá náwiedza, wywiaduiąc się, dla czego mu ták bárdzo ztorzeczy, do ktorego Cesarz surowo mowi y od niego odchodźi, Rzym zás uskarzaiąc się na nieláskawość Cesarzá, ćiężko nárzeka.

Láment Rzymu.

Co mam czynić Rzym strapiony,
Niewiem gdym iest obtoczony.
Nieszczęśćia falami,
Cięż kiemi smutkámi,
ná koło.
Cesarzá burze powstały,
Zyćia łodkę skołatały,
Ah! kto mnie z tey toni
Wyrwie, y obroni
Nędznego.
Serce od żalu truchleie,
Od bolu ćiężko mdleie,
W głębokiey powodźi
Leż, powieka brodźi,
Oczow mych.
Już mnie odchodźi Fortuná,
Ktora innym złote runa,
Láskáwa rozdáie,
Moie w cále kráie
Opuszcza.
Już się me porwały żagle,
Zle, źle, że ták bárdzo nagle,
Záwsze me Syny,
Cesarz bez przyczyny,
W krwi topi.

Złośći do złośći przydáie,
Y mnie trapić nieustáie,
Niemogę w pokoiu,
Zyć, gdy záwsze w boiu
Zostáię.
Jeszcze furye wywierá,
Piekło wzburza, y otwierá.
Zniszczyć prágnie Páństwo
Zgubić swe Poddáństwo
Usilnie.
Káligula Tyran srogi,
Targnął się ná moie Bogi,
Mieczem Ich śćiął głowy,
I mię zelżył słowy,
Bezbożnik.
Wygorne Niebá z opieki,
Niewypuśćie mnie ná wieki,
Niech lud Rzymu dáwny,
Ná cáły swiát sławny,
Nie ginie.
Szczęśliwsze niechay mi latá
Sprzyiáią, chętnie u świátá
Cesarz zágniewany,
Niechay ubłagany
Stánie się.

IN-

INTERMEDIUM.

ACTUS III.

SCENA I.

CAligula venationibûs occupatur, feras jaculatur, cui Sathyræ applaudunt, eundem Saltibûs recreando.

KAligulá łowami się zabawiá, zwierze ſtrzela, ktoremu Satyrowie applauduią, onegoż tańcámi rozweſelaiąc.

SCENA II.

CAligula convocat numeroſos Hoſpites ad convivia, cum quibus mẽſæ aſſidet, in quo convivio Hiſtrionem ob nimiam audaciam caveæ includi jubet. Mandatq; Duci Exercitus ſui, ut Martialis Cohors varias demonſtret artes.

KAligula licznych ná bal záprasza Gośći, z ktoremi do ſtołu zásiadá. ná ktorym balu Arlekiná dla zbytniey śmiałośći, w klatkę zámknąć każe, Wodzowi Woyſk ſwoich nákazuie, áby Marſowa Káwalerya, rożne woienne pokazywałá ſztuki.

Cantus cum Choro.

Mærores exeſte,	*Precz ſmutki troſkliwe,*
Et næniæ mæſtæ,	*Pieniá żałośliwe,*
Hinc hinc procul violenta,	*Precz precz ztąd gwałtowne fata,*
Fata nimis truculenta,	*Okrutne tyrány świátá,*
Exeſte abeſte.	*Ná ſtronę, lub w onę.*
Gaudia jucunda,	*Weſołośći wielkie,*
Omnia ſecunda,	*Pomyślnośći wſzelkie,*
Nec non benignam fortunam	*Nie iednego ſzczęśćia wzory,*
Cæſar in mole non unam,	*Pan lecż wſzyſtkie fortun zbiory,*
Habeat, teneat.	*Niech liczy, dźiedźiczy.*
Fulgeat in Throno,	*Jáśnieie ná Tronie,*
Præſit Regno prono,	*Pánuie Koronie,*
Vivat Cæſar annos mille,	*Niech żyie Ceſarz czás wieczny,*
Clemens nobis fiat ille,	*Nam będźie záwſze ſtáteczny,*
Petimus, poſcimus.	*Zyczemy, prośiemy,*
Omnes invitati,	*Wſzyſcy záproſzeni.*
Huc huc congregati,	*Gośćie zgromadzeni,*
Recreentur dulci merô,	*Niech przy winie máią zdrowie,*

Sint vovemus corde vero,
Sospites, Hospites.

Zyczem sercem zgodnym mowie,
Skwapliwie, prawdźiwie.

S C E N A III.

CAligula cadavera suorum Propinquorum exhumari jubet, & Deo suo in holocaustum cremari, insuper ut pingvior victima foret, duos interficit Senatores.

KAligulá ćiałá swych Pokrewnych wykopać rozkázuie, y swemu Bożkowi ná ofiarę spalić, nádto áby większa ofiará byłá, dwoch Senatorow zábiia.

Cantus Flaminum.

Rector Poli, atq; soli,
Jupiter Altissime,
Te laudamus, adoramus,
Omnes profundissimè.
Tibi vota mente tota,
Deus Cœlorum digne,
Immolamus & creamus,
Quæ suscipe benignè.
Per has pyras tolle iras,
Mitiga & furorem,
Majestatis, Potestatis,
Firma nostræ decorē

Sortes Throno, adstent prono
Cæsareo poscimus,
Sit beatus, nobis datus,
Caligula petimus.
Nos quietum tempus totum,
Fac in vita ducere,
Quæ dissona sunt condona,
Nam Tui sumus verè.
Clemens audi, Tuæ laudi
Servos devotissimos,
In Gratia propitia,
Fove sincerissimos.

S C E N A IV.

CAligula Deæ Minervæ speciem mentitur, jactat se esse Deam Sapientiæ, Cœlo missam ab Alto, post Altare conscendit, & sibi Divinos honores reddi jubet, quem Musæ sub spetie Deæ poscunt sapientiā.

KAligulá Bogini Minerwy zmyśla postać, y chełpi się bydź Boginią Mądrośći, z wysokiego zesłaną Niebá, potym ná Ołtarz wstępuie, y sobie częśc Boską oddáwać roskazuie, ktorego Muzy pod postáćią Bogini upraszáią o Mądrość.

Cantus Musarum.

Salve Dea viva,

Majestate grandis

Proles Jovis Diva,
Salve, salve,
Patent valvæ,
Cordium.
Quælibet Camæna,
Te fronte serena,
In hac Ara,
Voce cara
Salutat.
Te terræ declivis,
Quivis optat Civis,
Tua dona,
Valde bona
Exposcens.

Dea terras scandis,
Hic degentes,
Tûi Clientes,
Respice.
Gratum Cœli Numen,
Præsta nobis lumen,
Illustrare,
Nos dignare
Minerva.
Da Sapientiam,
Rectam prudentiam,
Ac inertes,
Fac solertes,
Animos.

SCENA V.

CAligula se ad mare confert, ubi suas Naves mirum in modum extollit, & evocatos multos secum, omnes è littore præcipitat, quo facto mare irascitur, & Imperatoris Naves pretiosis iñoneratas mercibus absorbet.

KAligulá do morza się udáie, gdźie swoie Okręty wdźiwny sposob wychwala, y wezwawszy wielu z sobą, wszystkich z brzegu spycha, po ktorym uczynku morze się wzburza, y Cesarza Okręty drogiemi nákladowáne towarámi, pogrąża.

SCENA VI.

GEmini libelli in lucem protrahuntur publicam, quorum unus *Pugio*, alter *Gladius* intitulatus, his Nomina, quos trucidavit Tyrannus insunt, qui in conspectu Romæ, & aliorum Procerum leguntur, omnes tantam tyrannidem obstupescunt, & Caligulæ mala imprecantur.

DWie kśiążki ná widok publiczny wychodzą, z ktorych iedná Puinał, *druga* Miecz *tytuł máiąca, w tych Imiona, ktorych pozábiiał Tyran wyrażone są, ktore w obecnośći Rzymu, y innych Pánow czytáią, wszyscy tákiemu okrućieństwu dźiwuią się, Káliguli złego życzą.*

SCENA VII.

DEfertur Imperatori, quod duo libelli tyrannidem Ejus in se com-

ple-

plectentes, nuper à Romanis Proceribus lecti, & publicati sunt, quô auditô vehementi commovetur irâ, mandat explorari, quis Author horum librorum, quem rescitum jubet Imperator, lingvâ tanquam spongiâ scripta delere, insuper mittit servos, ut cum hoc calumniatore, plurimos alios trucident Romanos, dicens *ita cædite, ita affligite, ut se mori sentiant*, quam feritatem cum ferre non possint adstantes, Cæsarem sicis transfigunt. Cujus corpus Romani sepeliunt, ac morti Imperatoris congaudentes, plausus instituunt.

DOnoszą Cesarzowi, że dwie książki okrućieństwo Jego w sobie zamykaiące, niedáwno od Rzymskich Pánow są czytane, y publikowane, co usłyszawszy, nagłym gniewem wzrusza się roskazuie się wywiadowáć, kto iest sprawcą tych kśiąg, o ktorym dowiedźiawszy się Cesarz, ięzykiem niby gębką, pismo mazáć. nádto wysyła sług, á żeby z tym potworcą, wielu innych zábiiali Rzymianow, mowiąc: ták zábiiaycie, ták dręczćie, áby czuli że umieráią, *ktorego okrućieństwá niemogąc znieść przytomni. Cesarzá puinałami przebiiaią. Ktorego ćiáło Rzymianie grzebią, y z śmierći Cesarzá ćieszą się, plauzy czynią.*

Rádość Rzymu.

Już iuż troskliwe smutki, y nieznośne żale
U stąpiły, przez zgubę Káliguli wcále,
Już się nam dźśiay Rzymianom dostáło,
Ze wszyscy możem wraz cieszyć się śmiało.
Smierć nieużyta, ráda ciężko innych smući,
Załobnym pieśni tonem zá uszámi nući,
Nas rozwesela, y ćieszy w tey mierze,
Gdy bezbożnego Cesarzá nam bierze.
Cała Oyczyzna, wszystkie ráduią się kráie,
Poćiechy wielkiey káżdy z Rzymianow doznáie,
W nieszczęścia toni, iuż nikt z nas niebrodźi,
Z krwáwey oschliśmy tyrańskiey powodźi.
Rádość, wesele głośić teraz przynáleży,
Gdy zábity w grobowych Cesarz ćieniách leży,
Ktory swe Páństwo, w ciężkiey zbyt niewoli
Trzymał, morduiąc ludźi do swey woli.
Niebá wysokie, ná nas spoyrzały łáskáwie,
W smutku żyć nam niedádzą, y w wielkiey niesłáwie,
Przyczyniáią nam wszelákiey swobody,
Więc miymy z łáski Niebá, fortun gody.

INTERMEDIUM
EPILOGUS.

ANTIPROLOGUS.

ERudita Pallas doctîs ſtipata Muſîs, in Theatrum progreditur, ac *Illuſtriſſimæ Familiæ Rumianſoff* applauſum reddit, quô auditô bellipotens Mars celer accurrit, Pallademq; collaudat, quòd Ejus genuinam Prolem nempe *Illuſtriſſimum Dominum Comitem Petrum* laudibûs extollat, & in præmium heroicæ Virtutis Illuſtriſſimi Comitis triumphales ponit Coloſſos, Stemma verò *Pervetuſtæ Familiæ* ad Capitolium immortalis Gloriæ transferri jubet.

Umieiętna Pallas uczonemi otoczona Muzami ná teatrum wychodzi, y *Iaśnie Wielmożney Familii Rumianſoff*, applauz oddaie, co poſłyſząwſzy woynámi władnący Mars, prętko poſpieſzá y Pálladę chwáli, że Iego włáſnego Potomka to ieſt *Iaśnie Wielmożnego Piotrá Graffa*, pochwałami wynoſi, y w nádgrodę heroiczney Cnoty *Tegoż Iaśnie Wielmożnego Graffá*, tryumfalne ſtáwiá Koloſſy, Herb záś Starożytney Fámilii do Kapitolium nieśmiertelney ſłáwy przenieść roſkázuie.

Kant.

Na Pochwáłę *JASNIE WIELMOZNEGO GRAFFA RUMIANSOFF* Dobrodzieiá.

Tu Alexandrowie,
Mocni Achillowie,
Nieprzełomani,
Rycerze znáni,
ſtáwayćie.
Rozruććie granáty,
Niech chuczą armáty,
Palcie Kartány,
Biycie w puzány,
ná tryumf.
Gotuycie muſzkiety,
Dźiałá piſtolety,
Rycerſkie koło,
Plauzy weſoło,
oddaway.

Wiedz Roſſya Sławná,
I kráino dawná.
Zeci ozdoby,
z Gráffa, *Oſoby,*
przybywá.
Przybywá obrony,
Gdy broni Korony,
Rycerz Ten *práwy,*
Iego zabáwy,
woiowáć.
Marſie Woien Pánie,
Niech twe koło ſtánie.
Pułki y Roty,
Applauz z Ochoty,
oddaycie.

Niech

Niech po świećie Sławá,	*Stroycie się w puklerze,*
Brzmi z ktorą tu ſławá,	*Marſowi Zołnierze,*
Pallas uczona,	*Puſzczayćie ſtrzały,*
I wyzwolona,	*Niech ztąd niemały,*
Chełminſka.	*Ma honor.*
Godne Graffa *Imie*	*Was Bogowie, Muży,*
Aby záwſze wſtymie,	*Prośiem niech czas ſłuży,*
Przez długie latá,	*Złoty* Gráffowi,
Było u Swiatá,	*Cnemu* Mężowi,
Náſzego.	*Ná záwſze.*



